



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo**

**Marculfus <Monachus>**

**Paris, 1635**

XXXII. Notitia de colonitio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10644**

sores vestri ipsum pro hoc inquietare, nec dismanare non præsumatis, nec facere dimittatis. Sed liceat ei cum Dei & nostra gratia, quieto ordine ad propria viuere, vel residere. Et ut certius credatis manu nostra subterfirmauimus, & de anulo nostro sigillauimus.

XXXII. *NOTITIA DE  
colonitio.*

**N**Otitia qualiter vel quib. præsentibus, veniens homo aliquis nomine illo, in pago illo, in mallo publico ante virum inlustré Comitem, vel reliquos quamplures bonos homines qui subterfirmauerunt, hominem aliquem nomine illum interpellabat, repetebat ei eò quod genitor suus, aut genitrix sua illa coloni sui fuissent, & ipse ille suus colonus esse debebat, & malo ordine de ipso colonatico se abstra-

Q iiii

hebat, & negligens erat. Interrogatum fuit ab ipsis viris ipsis, si ipse ille colonus ipsius lui esse debebat aut non, & in præsenti ei dicere deberet. Et ipse ille nullatenus potuit dicere nec adponere, nec ullam rationem tradere, per quam ipse de ipso colonatico se abstrahere potuisset; & in præsenti pro colono ipsius lui se recredidit, vel recognouit. Sic ab ipsis viris fuit iudicatum, ut ipse ille ipsum illum pro colono habere debeat. Et si iam dictus Comes ipsum illum per manus, partibus lui visus est reddidisse. His præsentibus.

XXXIII. NOTITIA SACRA  
mental is.

**N**Otitia qualiter & quib. præsentibus, veniens homo aliquis nomine ille in pago illo, in basilica sancti illius, ubi plurima sacramenta percurrere videntur, ante vi-